



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De errore dicentium animam perire cum corpore. Capvt XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

rudo doni honor dantis. Sapiēs: Deum maximè imitabitur qui
 nihil iudicauerit quàm misereri pretiosus. Præterea gloriosif-
 mi sunt triumpho patientiæ. Prouer. 16. Melior est patiens viro
 forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Sen.
 Magnanimi est iniurias in summa patientia pati. Item cùm
 Deus præcipiat se ab homine ex toto corde diligi. Deut. 6. con-
 ueniēs fuit, vt & ipse hominē diligeret, vt igne dilectionis suæ
 ignem amoris in homine accenderet. Dauid: Exurge domine
 in præcepto quod mandasti. Sen. Ego tibi monstrabo amatoriu
 sine medicamento, sine herba, sine vllius veneficæ carmine: Si
 vis amari, ama. Præterea cū diuinitas omnino impassibilitas
 sit, quando inconueniēs est, si natura humana diuinæ associata
 in eadē persona passa est, cùm pati virtuosissimum sit: & pœna
 quā natura humana in Christo passa est, nihil sit respectu glo-
 riæ quam habet, quæ non est finem habitura: & venerationes
 quas Christo exhibet populus Christiannus, multo maiores sunt
 quàm cōtumeliæ & illusiones quas ei intulit populus Iudaicus.
 Ad destructionem dicti erroris sufficere possunt quæ prius habi-
 ta sunt, vbi ostensa est veritas fidei Christianæ & vbi ostēsa est
 veritas humanæ naturæ in Christo, & veritas diuinæ naturæ.
 Et ideo ad destructionem aliorum errorum transeamus.

De errore dicentium animam perire cum corpore.

CAPV.T XXI.

ET primò destruemus errorem illū qui ponit animam peri-
 re cum corpore, ostendendo animarum immortalitatem.
 Qui error tangitur Sapiēt. 2. Dixerunt impij cogitantes apud
 se non rectè: Exiguū & cum tædio est tempus vitæ nostræ, &
 non est refrigeriū in fine hominis, & non est qui agnitus sit re-
 uersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erim⁹
 tanquā nō fuerimus. Huic errori occasionem dare potuit illud
 Eccles. 2. Vnus est interitus hominis & iumentorum, & æqua
 vniūque conditio. Sed vt dicit Greg. Salomon in illo lib. diuer-
 sas personas in se suscipit, & quandoq; dicit quod mens impe-
 rita sentit, vt in verbo præposito: quādoque verò quæ ratio bene
 disposita decreuit, vt eiusd. 6. Quid habet, inquit, amplius stulto
 sapiēs, & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Et eiusdē
 9. Corda filiorum hominum implentur malitiā & contemptu
 in vita sua, & post hæc ad inferos deducuntur. Non perit ergo
 anima malorum cum corpore. Et in eodem: Nec opus, nec ra-
 tio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quò tu prope-
 ras. Item eiusdem vlt. Antequam reuertatur puluis in terram
 suam

suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deū qui dedit illum. Spiritus ergo bonorum cum corpore nō perit, sed ad Deum redit.

¶ Item occasione dare potuit huic errori quod dicitur de Deo 1. ad Tim. 6. Qui solus habet immortalitatem. Vnde secundum hoc videtur quod anima non sit immortalis. Sed ibi dicitur immortalitas immutabilitas, quam nō habet creatura per naturam, cum ex nihilo facta sit, & secundum accidentia nata mutari: sed tamen creatura potest habere perpetuitatem & esse immortalis, prout immortalitas dat priuationem finis. Item dicto errori potuit dare occasionem, quod spiritus irrationalis in brutis perit cum corpore: vnde poterit alicui videri, quod spiritus rationalis in homine pereat cum corpore. Sicut enim spiritus irrationalis, forma & perfectio est in corpore bruti: spiritus rationalis forma & perfectio est in corpore humano.

¶ Ad solutionem huius notandum est, quod est quardā forma quæ totaliter innititur & incumbit suæ materiæ, & non regem neg; sustinet, sed sustinetur ab ea, & talis est forma corporalis in rebus inanimatis. Quardam vero forma est quæ regem materiam suam & quodammodo sustinet eam. Et hæc subdividitur: quia quardā est cuius operatio nō est extra materiam illam, vt est vegetabile in plantis, & sensibile in animalibus brutis: & hæc perit cū corpore, otiosum enim esset eā manere post corpus, cum non haberet operationem sine corpore. Quardā vero forma est, cuius principalis operatio non est in materia, nec per materiam, vt anima rationalis secundum operationem intellectiuā: & ideo separabilis est à corpore. Et est simile in luce ignea & luce solis. Esse enim lucis radij solaris existentis in aëre non dependet ab aëre. Vnde sole subtrahente radium, remanet solus aër. Sic Deo subtrahente à corpore spiritum, remanet solum corpus. Vnde destructo aëre, adhuc remanet radius: quod possumus videre per interpositionem alicuius transparentis, vt est crystallus in loco aëris scilicet posita. Verbi gratia: Sic alicuius locus vndique cōclusus, excepta illa parte per quam ingreditur solaris radius, qui ibidem ingressus totum aërem in illo loco contentum reddit luminosum. Destruatur iste aër per immissionē alicuius corporis transparentis, vt puta massæ crystallinæ: licet aër inde deficiat, radius tamen ibi manet, quod apparet in crystallino ibi existēte. Manet enim radius illuminans crystallū. Sic est in vnione anime rationalis ad corpus. Esse enim eius non dependet à corpore, & ideo non perit cum corpore. Lux verò ignea è duobus modis, scilicet in carbone & in

flamma. est quod mutatur in rillio, quæ flamat bone quæ teria lux enim desensibile non multum locum non receperit prout, quæ philosophi erroris immortalitatem hac vita, domo. Cōtinuati de vitale quæ celestis idem possibile vitabile vitæ Seneca in quille de sine mor & cum o nihil dub Facis quæ expectat, quæ, post fuerit er dissolutio patet, quæ vero mu Dei, quæ merita, b adducet cum mal pri vitur it. Quar flamma

flamma. In carbone est lux materia grossa & terrestris: & inde est quod non est radiosa, id est, de se non immittit radium immutatem aërem vicinū: lux verò in flama vnitur materia subtiliori, quæ est vapor resolutus à corpore, scilicet à carbone inflamato, & est lux in flama radiosa: vtraque tamē lux tam in carbone quā in flamma innititur materia, ita quod deficiente materia lux deficit. Sic est de vegetabili & sensibili: vegetabile enim deficit deficiente corpore, cuius perfectio est, similiter & sensibile. ¶ Ad ostendendum quod anima nō perit cum corpore, non multū vtemur autoritatibus Sacre scripturæ, cū error ille locum non habeat in eis qui scripturas Sacras nouerunt & eas receperunt: quia quasi infinitæ sunt autoritates in Sacra scriptura, quibus error iste destrui potest: sed testimoniis nobilissimū Philosophorum, & rationibus potius vtemur. Falsitatem huius erroris ostēdit Tullius, dicens: Non est lugenda mors quā immortalitas consequetur. Item loquens de eo qui rectē vixit: Ex hac vita, inquit, discedit tanquam ex hospitio, non tanquā ex domo. Commorandi enim tantū diuersorium nobis: non habitandi dedit. Idem in Quæstionibus Tusculanis: Quid nisi illud vitale quod intra nos est, dumque mole corporis premitur, in celestis regionis contemplatione se transire illuc ad inhabitandum post depositionem ipsius auolet? Item in Rhetorica: Probabile videri sapientibus pœnas esse paratas apud inferos. Itē Seneca in lib. de Naturalibus quæstionibus: Si volumus tranquille degere, anima in expedito habenda est, siue illā insidiæ, siue morbi perant. Quid aliud debeo, quā exuntem hortari, & cum omnibus bonis emittere? vade fortiter, vade feliciter, nihil dubitaueris reddere. Non de re, sed de tēpore quæstio est. Facis quod quandoque faciendū est. Rerū natura quæ te genuit expectat, & locus melior ac tutior. Item Mercurius: Anima, inquit, post dissolutionē cogentur credere pœnis quæ in vita non fuerūt credere verbis. Plato etiam in Timæo dicit animā post dissolutionē variis affligi pœnis. His testimoniis Philosophorū patet, quod anima rationalis nō perit cum corpore. Rationibus verò multipliciter potest idem ostendi. Et primò per iustitiam Dei, quæ si est, reddet tam bonis quā malis secundum eorum merita, bonis præmia, malis pœnas. Eccl. vii. Cuncta quæ sunt adducet Deus in iudiciū. Sed retributio ista non fit in presenti, cum mali hic florent, & boni opprimantur. Iob 21. Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortati que diuitiis? Et Hieremiæ 12. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui praua

præuaricantur, & iniquè agunt? Et in Psalmo: Vsq̄quo peccatores Domine, vsq̄quo peccatores gloriabuntur? Ergo ista retributio erit post hanc vitam. Manent ergo animæ post mortem.

¶ Idem potest ostendi per Dei bonitatē: quia cum Deus singulariter sit bonus, maximè tamen bonus est amicis suis, & maximè amat amantes se. Prouer. c. 8. Ego diligentes me diligo. Hoc autem verum non esset, si anima periret cum corpore, nec esset alia vita post istam. Amici enim Dei in hac vita sunt egentes, angustiati, afflicti. Hebræo. 11. Et 1. Cori. 15. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Si non esset alia vita, verum esset quod dicunt peruenit Iudæi Malact. 3. Vanus est inquit, qui seruit Deo: & querit emolumentum, quia custodiimus præcepta eius? Non esse emolumentum, ut videtur, sed detrimentum in hac vita affligi, sed futuro non sperarent amici Dei pro hac afflictione delectari, ut vtilius esset eis bonis presentibus adherere, & in eis delectari viuere, quam Deo adherere, & mandata eius obseruare. Item potest ostendi quod anima cum corpore non pereat per sapientiam dei, quæ non potest fallere nec falli. Falleret autem eos qui credunt contemptum presentis vitæ consulendo & presentium bonorum, si non sequeretur alia vita melior & alia bona meliora: Matthæi 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, &c. Et Io. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, vitam æternam custodit eam. Item quod anima non pereat cum corpore, ostenderunt qui hoc per experientiam nouerant, qui à morte suscitati fuerunt, ut Christus & Lazarus, & illi de quibus legitur ad Heb. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. ¶ Item etiã ostendunt virtutes quas mortui operantur. Vnde Greg. in 4. lib. Dialog. Pensa qualiter animæ viuunt illic ubi viuunt, quorum hic & mortua corpora in terra raculis viuunt. Si igitur vitæ animæ manentis in corpore deprehenditis ex motu membrorum, cur non perpenditis vitæ animæ in corpore, etiã per ossa mortua in virtute miraculorum? Idem ostenditur per ordinem quem habet homo inter creaturas. Est enim creatura media inter iumentum & Angelum. Vnde communis est cum iumento in corporis mortalitate, & cum Angelo in animæ immortalitate. Greg. libr. 4. Dialog. Homo sicut in medio creatus est ut esset inferior Angelo, superior iumento: ita aliquid habet commune cum summo, & aliquid commune cum infimo, immortalitatem scilicet spiritus cum Angelo, mortalitatem vero corporis, cum iumento. Idem ostenditur per similitudinē quæ

habet a
habet a
substan
Ergo si
sensibil
bilis ad
a forma
corrupte
ipsa sit
struitur
sione pa
tis, aut a
citeria u
tur anim
uisione
& hæc d
regaliu
struitur
destruit
ferentis
liquor q
tracto de
rational
est prius
nibus sen
teria. Pra
ta, adhuc
non habe
intellige
trarium.
nis eius: c
formã vi
formã in
strui ani
plex sit, &
dñi nõ po
recur aliu
dñs ad sub
est secun
tam, quo
ciar: de su

habet anima cum prima materia. Sicut enim prima materia se
 habet ad omnes formas sensibiles & corporales: ita se habet
 substantia intellectiva ad formas intelligibiles & spirituales.
 Ergo sicut prima materia non est corruptibilis ab aliqua forma
 sensibili vel corporali: ita substantia intellectus non erit corrupti-
 bilis ab aliqua forma intelligibili & spirituali, & multo minus
 a forma corporali, cum propter sublimitatem suam essentia talis
 corruptio non possit ad eam attingere. Relinquitur ergo quod
 ipsa sit incorruptibilis & immortalis. Item omne quod de-
 struitur, aut destruitur separatione formæ a materia, aut a di-
 visione partium integralium, aut destructione subiecti seu deferen-
 tis, aut absentia causa. Separatione formæ res destruitur dupli-
 citer: aut divisione formæ quæ non manet separata, ut cum di-
 viditur anima rationalis a corpore, cum diuisio dicitur mors, vel di-
 uisione formæ quæ non manet separata, ut in extinctione ignis,
 & hæc diuisio vocatur proprie corruptio. Diuisione partium in-
 tegralium fit destructio, ut cum ligna & lapides destruantur, de-
 struitur domus. Destructione verò subiecti, ut destructo pariete
 destruitur pictura quæ erat in eo & quantitas. Destructione de-
 ferentis destruitur quod deferebatur: ut fracto vase effunditur
 liquor qui in eo erat. Absentia causa fit destructio, ut sole sub-
 tracto destruitur dies. Primo modo non potest destrui anima
 rationalis: non est composita ex materia & forma, ut ostensum
 est prius, ubi destructus est error, qui ponit animas cum corpo-
 ribus seminaris: ergo non potest fieri in ea diuisio formæ a ma-
 teria. Præterea si diceretur quod esset ex materia & forma composita,
 adhuc potest ostendi, quod forma illius non potest destrui, quia
 non habet contrarium quo destruat. Anima enim potens est
 intelligere omnia, quod non esset verum, si aliquid esset ei con-
 trarium. Anima enim non esset receptibilis illius nec similitudi-
 nis eius: ergo non posset intelligere ipsum. Præterea visus nullam
 formam visibilem habet sibi contrariam: ergo nec intellectus aliquam
 formam intelligibilem habet sibi contrariam. Item non potest de-
 strui anima rationalis destructione partium integralium, cum sim-
 plex sit, & careat huiusmodi partibus. Item destructione subie-
 cti non potest destrui: qui si poneretur eius subiectum, non pone-
 retur aliud quam corpus: ipsa autem non se habet ad corpus, ut acci-
 des ad subiectum. Est enim perfecta substantia: receptibilis enim
 est secundum se oppositorum manens intransmutata secundum essen-
 tiam, quod proprium est perfectæ substantiæ. Si quis tamen ob-
 iiciat de superficie quæ quantitas est, non substantia, quæ tamen recipit

contrarios colores: Dicendū est quōd ipsa non recipit colorem secundum se, sed secundū virtutem subsistentem corporeæ substantiæ: sed anima rationalis secundū se receptibilis est oppositorum, non secundum naturam corporis cui unita est, vt virtutes & vitii, scientiæ & ignorantie, & multorum aliorū, quæ cū sint spiritualia, non recipiuntur in ea secundum naturam corporis. Item potest destrui anima destructione deferentis, cū nō indigeat in deferenti, sicut liquor vase indiget quo cōtineatur. Item nō potest destrui absentia causæ, quia à prima causa iam medietate fluit, cuius absentia nihil destruitur, vel cuius presentia semper adest omnibus, & nunquam est absens: quantum enim in se est, semper influit in creaturas esse & permanentiam: ergo anima rationalis nullo modo potest destrui, cū nullo prædictorum modorum destructibilis sit, nec alius modus destructionis possit inueniri. Item omne esse mortale paulatim debilitatur & deficit, donec veniat ad vltimum defectum, qui est mors: virtus autem intellectiua sua duratione inualefeit & proficit, vt quæ toto est antiquior, tanto sit ad intelligendum validior: ergo habet esse immortale. ¶ Item virtus quæ nō habet finem in operatione, non habet finem in tempore: virtus verò intellectiua non habet finem in operatione: non enim determinata est ad intelligenda tot, quia adhuc plura possit intelligere: ergo non habet finem in tempore. Item virtus corruptibilis læditur vehementi subiecto, vt visus à vehementi lucido: intellectus autem non læditur à vehementi intelligibili, imò magis confortatur: ergo non est corruptibilis. Item ex conditione obiecti cognoscitur conditio potentie, & ex conditione potentie conditio substantie: cū ergo obiectum virtutis intellectiue sit vniuersale incorruptibile, virtus intellectiua incorruptibilis est. ¶ Augustinus in lib. Soliloquiorum, sic probat immortalitatem animæ: Omnis, inquit, substantia comprehensua veritatis, in quantum est veritas, est immortalis: sed anima rationalis est huiusmodi: ergo est immortalis. Veritatem hic intellige essentiam rei in quantum est abstracta à materia, & omnibus materialibus conditionibus, vt apprehenditur homo cū prædicatur de omnibus hominibus. ¶ Item omnis substantia cuius operatio non dependet à corpore, ipsa non dependet ex corpore: sed operatio substantie intellectiue non dependet ex corpore, scilicet intelligere: ergo nec substantia intellectiua dependet ex corpore: ergo est separabilis à corpore, & potest viuere sine corpore. ¶ Item virtus cuius operatio impeditur à corpore, non

pendet à corpore: sed talis est virtus intellectiva. Quanto enim corpori se plus immergit per sollicitudinem & amorem temporalium delectationum: tanto intelligit obtusius & tardius. Quanto autem se elongaverit, tanto clarius & facilius: ergo ipsa non dependet à corpore. Præterea si intellectus dependeret à corpore, sequeretur confortatio eius ad confortationem corporis, & debilitatio ad debilitationem. Aliter tamen est. Nam in senectute est corporis debilitatio, & intellectus confortatio. Sicut enim iuniores melius sentiunt, sic seniores melius intelligunt. Iob 12. In antiquis est sapientia. Si quis tamen obiiciat, quod intellectus videtur dependere ex corpore, cum eius operatio impediatur regitudine corporis, ut patet in phreneticis: Similiter intellectus sensu & imaginatione indiget, cum non fiat sine illis: Dicendum est, quod aliud est virtutem impedi à læsione, aliud ex occupatione. Intellectus impeditur occupatione animæ circa opus alterius virtutis, sed non læditur: ut visus, vel auditus exterior occupans animam circa exteriora impedit ut illa hora non vacet intellectivæ operationi. Sic in laborantibus phrenesi, vel similibus passionibus, sunt sicut somnia fixa & adherentia propter infectiones difficile separabiles. Et quemadmodum somnia mentem tenent circa fantasmata occupatam: sic illæ alienationes operationem intellectus, mentem occupando expediunt. Expurgata autem huiusmodi infectione, intellectus tanquam nihil passus læsionis ad proprias operationes reuertitur. Ad secundum dicendum, quod licet intellectus non fiat in nobis sine sensu & imaginatione: tamen est sine illis. Et ponit simile Augusti. Ad portum non devenitur nisi per navem, est tamen esse in portu sine navi. Vel potest distingui duplex facies virtutis intellectivæ: inferior, & superior: quantum ad inferiorem, indiget intellectus sensu & imaginatione: quantum verò ad superiorem, secundum quam est nobilis perfectio & potissima, intellectus non indiget: illuminatur enim à prima veritate. Itē potest ostendi quod anima rationalis non pereat cum corpore, multis aliis modis. Primo sic: Cum nullus motus naturæ sit frustra, omne quod naturaliter movetur, non est naturali impossibilitate prohibitum à fine ad quem movetur: ergo cum anima rationalis naturaliter appetat beatitudinem, non est impossibile ei assequi eam: sed impossibile est quod eam assequatur in bonis præsentis vitæ: ergo ipsa manet post præsentem vitam. Quod in bonis præsentis vitæ beatitudinem non assequatur, sic potest ostendi: Possessores bonorum corporalium, aut amant ea, aut non amant. Si non amant, ergo

sunt eis oneri, & nō assequuntur felicitatē in eis. Si verò amant ea, ergo sunt vniti eis per amorem, & sunt obnoxij omnibus passionibus quibus illa subiacent. Amans enim necessariò compatitur amato propter vnionem amoris, si passio rei amata ad ipsum per apprehensionem peccauerit. Ergo nec in isto casu felicitatem in bonis istis assequuntur. ¶ Item nobiliori virtuti nobilior competit perfectio. Ergo quum vires animæ quibus homo antecellit bruta animalia, nobiliores sint viribus illis quas communicat cum brutis, eis competit perfectio nobilior. Ergo felicitas alia erit animæ rationalis secundum vires illas nobiles, quàm sit ea quæ est secundum vires inferiores, quæ est in bonis presentis vitæ. ¶ Præterea quum nobilis pars animæ habeat proprias suas operationes & propria gaudia, & propriam libertatem, & securitatem, habebit ipsa propriam felicitatem non in bonis corporalibus, cum ipsa separata sit à corpore, iam ostenditur sed in bonis spiritualibus. ¶ Item quicquid est morti obnoxium, non est beatum: ergo quum homo in presentis vita subditus sit necessitati moriendi, in ea non est perfectè beatus. ¶ Item omnis virtus omnino separata à corpore, non est corruptibilis corruptione corporis: sed vires quæ sunt propriæ animæ rationalis, intellectus scilicet & voluntas, omnino sunt separata à corpore: ergo non sunt corruptibiles corruptione corporis. Maior multipliciter probatur. Primò sic: Vniuersa vnita corpori siue operans per organum, operatur secundum proprietatem & possibilitatem organi tantum: vt visus non indicat de sapore, vel sono, sed de colore, quia color pertinet ad naturam oculi. Nullum autem organum corporale possibilitatem habet ad incorporalia. Nulla ergo vis operans per organum corporale est cognitiua nisi corporalium tantum. ¶ Præterea operatio intellectus est per abstractionē à materia & materialibus conditionibus, sed omnis operatio est secundum naturam virtutis à qua egreditur: ergo intellectus est abstractus à materia, & non habet organum corporale. ¶ Item nulla virtus est corporata, id est, parti corporis determinata, siue operans per organum est cognitiua sui: non enim potest referri vel referri sibi supra se: vnde nec oculus se videt, nec imaginatio se imaginatur: quum ergo intellectus se intelligat, non est incorporatus alicui, scilicet parti corporis determinatæ vnitus. ¶ Item quod cognoscitur est in cognoscente secundum naturam cognoscentis, & non secundum naturam agnoscantis: & non secundum naturam rei cognitæ: & generaliter quod recipitur

in aliquo ergo co- dum im- conditio- alicuius rationali- pori, & a- carnis, & corpore non est r- multitem- perite, li- tionem i- rationali- ad aliqua- nihil crea- rationalis n- quas hab- talia qui- potest exe- corporali- creatura o- cui creatu- canit illu- cunctis an- poralem, i- comunica- gentia lon- in Deus o- lex verò a- est, q- com- amicus à- verisimile- pteant. M- iohannis v- dotio. Et- que à sol- demia vel- nō est acc- est per ere- perpetuū.

in aliquo, est in recipiente secundū naturam recipientis. Quum ergo corporalia & materialia sint in intellectu, secundum modum immaterialē, scilicet denudata à materia & materialibus conditionibus, intellectus immaterialis est, & nō incorporatus alicui parti corporis. ¶ Itē quū voluntas, quæ est propria anime rationalis, libera sit, flexibilis, & ad ea quæ sunt delectabilia corporis, & ad ea quæ sunt corpori contraria, vt sunt macerationes carnis, & ipsa mors corporalis: manifestū est, q̄ voluntas illa à corpore separata est, vnde nō est cū corpore corruptibilis. ¶ Itē non est necesse rectorem nauis mori, quum nauis dissipatur, nec militem occidi, quum equus cui insidet occiditur, nec artificem perire, licet aliquid de instrumentis eius quo ad aliquam operationem ignobilē vitur, defecerit: sic non est necesse, q̄ spiritus rationalis pereat, licet corpus, quod est eius organum quantum ad aliquas eius operationes minus nobiles pereat. ¶ Præterea nihil creatū est propter ignobilius & vilius se: ergo anima rationalis nō est principaliter creata propter operationes virium quas habet communes cum brutis, vel propter bona ista corporalia qui viliora sunt: ergo nō est necesse eam perire, licet non possit exercere operationes illas minus nobiles circa bona ista corporalia. ¶ Itē quum anima rationalis nobilior sit quacūq; creatura corporali, & Deus communicauerit esse perpetua alicui creaturæ corporali, vt corporibus celestibus ipse communicauit illud etiam anime rationali. Item Deus quum communicauerit anime rationali intelligere nō solum creaturam corporalem, sed etiā creaturā spiritualem & ipsum creatorem, ipse comunicauit ei esse perpetuum, quum capacitas Dei per intelligentiā longē melior sit perpetuitate essendi. ¶ Itē quum dederit Deus creaturæ rationali vt possit habere amicitiam cū Deo, lex verò amicitie requirat bonorum cōmunionem: verisimile est q̄ comunicauerit ei immortalitatem. ¶ Præterea quis fidelis amicus à morte amicū suū non seruet, si potestate habeat: ergo verisimile est, q̄ Deus amicos suos seruet à morte quā omnino creant. Mors corporalis amicorū Dei non est mors: sed potius transitus vel transitus ad meliorem vitā. Io. ii. Lazarus amic⁹ noster dormit. Et Matt. 22. Nō est Deus mortuorū, sed viuentiū. ¶ Item quæ à solo Deo in esse producuntur, perpetua sunt, nisi sint accidentia vel formæ dependens à materia: sed anima rationalis nō est accidens, nec forma dependens à materia: sed à solo Deo est per creationem, vt prius ostensum est: ergo ipsa habet esse perpetuū. Quod ipsa nō sit accidens, sic probatur: Nullum acci-

dens nobilius est substantia: sed omne moues & regens substantiam est nobilius & actualius, & virtuosius substantia quam mouet & quam regit: ergo nullum tale est accidens: sed talis est anima rationalis: ergo ipsa non est accidens. Quod verò non sit forma à materia dependens, prius ostensum est. ¶ Possunt etiam vti ad destructionem dicti erroris ostensione, qua vti est quidam religiosus contra philosophum quendam, qui negabat animam esse immortalem. Aut anima, inquit, est mortalis, aut immortalis. Si anima mortalis est, & credis eam esse immortalem, nihil tibi inde prouenit incommodum. Si autem immortalis est, & credis eam esse mortalem, aliquid potest tibi inde venire incommodum: ergo melius est vt anima credatur esse immortalis, quam mortalis. Quia secundum Sapientem, si propositis duobus istius sit consecutiuum bonum, illius verò malum: magis est eligendum cuius consecutiuum est bonum, quàm illud cuius consecutiuum est malum. Et iuxta verbum quod Tullius refert in lib. de Senectute, Catonem dixisse: Si anima mortalis est, qui credunt eam esse mortalem, non erunt post hanc vitam qui nos confundant de contraria opinione. Si verò sit immortalis, nos qui sumus huius opinionis poterimus eos confundere quia contrarie opinionis sunt. Et hæc contra dictum errorem sufficiat.

De errore negantium resurrectionem corporum. CAP. XXXI.

Sequitur de errore illorum qui negant corporum resurrectionem. ¶ Ad destructionem verò huius erroris, primo ponimus testimonia sacre scripturæ, deinde rationibus vtetur. Legitur Exod. 3. Deus patrum nostrorum, Deus Abraham & Deus Isaac, & Iacob misit me ad vos. Quo verbo vtitur Dominus Matth. 12. ad probationem resurrectionis subdens: Non est, inquit, Deus mortuorum, sed viventium. Gl. probat per hoc animabus bona vel mala quæ gesserunt recipient. item Iob 19. Scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et eiusdem 35. Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum virescit. Et Esa. 26. Viuet mortui cui. Et Ezechiel 27. Ego intromittam in vos spiritum, & viueris. Dan. 12. Multi de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt. Ionæ 3. Si bleserit de corruptione vitam. 2. Machabe. 7. Rex mundi defunctos pro suis legibus in æternæ vite retributione suscitabit. Et in eodem: E. celo ista possideo, sed propter Dei leges hæc ipsa despicio: quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Eiusdem